ANDREAE ALCIATI MEDIOLAnenſis, Iudiciarij proceſſus compendium, atq; adeo Iuris vtriuſq; praxis, in gratiam ſtudioſorum nunc primum typis excuſa.

M. D. XXXVI.

¶Veneunt Lugdu. apud Vincentium Portonarium.

CVM PRIVILEGIO.

TYPOGRAPHVS LECTORI SALVTEM.

SI huic libello noſtra oratione aliquid cõmendationis adijcere conaremur, candide lector, perinde faceremꝰ ac ſi qs vlulas (quod aiũt) Athenas. Nam & ſeipſum abunde commendat, & eũ virum, nempe Andream illum Alciatum vnicum huius ſeculi Iuriſperitorũ decus & ornamentum, authorem refert: à quo tu ipſe noſti quicquid fuerit τὸ γνήσιον profectum, non poſſe non inſignem aliquã ſtudioſis omnibus vtilitatem adferre. Id quod cum nobis probe perſpectum eſſet: qui in more ſtudioq; habemus non vulgari tuis pro virili commodis inſeruire, prætermittere non potuimus, quin optimi adeoq; multis profuturi opuſculi exẽplar, à quodam qui in priuatis ipſum delicijs habebat, ære nõ exiguo comparatum præloque noſtro excuſum, publicis omniũ vſibus communicaremus, ſic exiſtimantes, veriſſimã eſſe illam, & plane non tam ethnico philoſopho, quã vel Chriſtiano Theologo dignam ſententiã. Omne bonum tanto diuinius eſſe, quanto fuerit communius. Tu vero ſtudioſe lector, quicquid hoc eſt vel ſumptus vel conatus, quod iuuandis ſtudijs tuis haud grauatim impendimus, fac æqui boniq; conſulas ac bene vale.

et ideo Deus ceteris praestat

ANDREAE ALCIATI MEDIOLANENſis Iureconſulti, Praxis aurea, qua quis veluti Theſei filo ductus, ex legum pariter & Canonum labyrintho faciliме ſeſe extricauerit.

Operis tabula atq; partitio.

LIBER HIC PRImum diuiditur in duas partes. ¶ Prima parte tractantur generaliter hæc tria. ¶ Quid ſit iudiciũ. ¶ Multiplex iudicium. Diuinum ſcilicet & humanum. Humanum duplex. Contentioſum, ſiue priuatum. Contentioſum multiplex. Criminale ſcilicet, aut ciuile, aut ordinarium, aut extraordinariũ, aut vniuerſale, aut generale, aut ſpeciale, aut commune, aut integrum, aut partiale, aut contradictorium. ¶ In iudicio quinq; cõſiderantur: Perſonæ, & ſunt neceſſariæ vel vtiles; Iuriſdictio, & eſt voluntaria ſiue contentioſa, tempus, locus, cauſa, quæ ciuilis vel criminalis dicitur.

¶ Ordo iudiciarius in cauſis ciuilibus tres habet partes. Prima dicitur diſpoſitiua ſiue præparatoria, & incipit à iudicij præparatione, vſq; ad litis conteſta-

ORATIO DE ARTIBVS FVTVRO iuriſconſulto & neceſſarijs & frugiferis, comparandis.

ITEM

CONSILIVM DE COMPENdiaria diſcendi iura Ciuilia, ratione

Authore Chriſtophoro Hegendorphino.

ges extorta aliquid virium obtineant.
Item, an creditor pignore debitoris vti poſſit.
Item, in qua re ius ciuile cum municipali diſcrepet.
Item varie variari ciuitatum conſuetudines.
Item, vbi in lege quadam exponenda, Bartholus ab alio interprete diſſentiat, vbi cum alio conſentiat.
Item, vbi Bartholus vel Baldus in lege quadam interpretanda, tota, quod aiunt, via, errarint.
Item, Accurſij errata in legum Exegeſi.
Item, concordia iuris Ciuilis & Canonici. Poſſunt & alij loci innumerabiles parari. Ego hos pauculos mõſtraſſe volo, vt iuuentutem ad alios inſtruendos cõmonefaciam.

PERORATIO.

Hæc ego mi eruditiſſime Maurici, conſulerẽ iuueni, qui ſe Iuris Ciuilis ſtudio conſecrare velit: hæc ſi tibi frugifera iuuenibus videbuntur, quid aliud malim, quã meum conſilium ad animi tui ſententiam tam belle quadrare: ſin tu quædam meliora noſti, fac ea in commune adferas: ego quæ mihi in præſentia Iuris ſtudioſo prodeſſe poſſe videbãtur, ea celare nolui.

VALE.

Lugduni apud Franciſcum Iuſtum. Anno dñi. M. CCCCC XXXVI.